



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

137 Bulla Coenae Domini est fundata super jure divino, canonico, &  
Caesareo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

sententia excommunicationis in Bulla Coenæ Domini contentam incurrat: & 138 quid si procedatur ad vota, tamen non sufficient ad condemnationem, ac propterea condemnatio non sequatur.

Pro parte negativa deducitur, hunc magistratum discolatus ab antiquissimo tempore fuisse usum receptum, & habere naturalem æquitatem pro bono regimine reipublicæ: ne illius quietas ab Ecclesiasticis viris discolis, & incorrigibilibus, privilegio fori fretis, turbetur.

136 † Et quod antiqua consuetudo legitime præscripta concernens bonum regimen reipublicæ, & publicam utilitatem ratione naturali potest addere, diminuisse, & distinguere privilegium; propter quod clerici exemptione gaudere non possint, ut cap. ultimo, & ibi Innocent. & Abb. de consuet. Et cum hoc institutum sit antiquissimum habet vim legis, & pro lege servari debet. Bart. in l. 1. §. denique num. 1. ff. de acqu. plu. ars.

Contrarium tamen, quod dictæ excommunicationis sententiam magistratus incurrat, probat expressè textus Bull. ibi, quomodolibet se interponentes in causis capitalibus, seu criminalibus contra personas ecclesiasticas, illas processando, banniendo, capiendo, seu sententias contra illas proferendo, vel exequendo.

137 Et dicta † Bulla est consona non solum juri canonico, ut cap. si diligenti & cap. at si clerici, de jud. sed etiam juri Cæsareo, ut habetur in constitut. Feder. Imper. in tit. de stat. & consuet. cont. liber. Eccles. §. item statuimus, in us. feud. quæ est repetita, in auth. statuimus C. de Episc. & cler. Et jure divino quo clerici legibus civilibus Prin-

cipum sunt soluti, arg. Genes. 6. 47. Esd. 1. 6. 7. † Licet enim plures theologi, alijque doctores teneant, clericos exemptos esse à civili laicorum potestate jure canonico, non autem divino; & primò inter Canonistas pro hac opinione allegatur Innoc. in cap. 2. nu. 1. de major. & obed. ubi, sed quæres, quis exemit clericos de jure Imperatoris, cum prius ei subessent? responde, quod Papa, consentiente Imperatore, juribus per ipsum ibi allegatis, Alciat. in cap. cum non ab homine colum. 2. de jud. Covar. pract. quest. cap. 31. num. 2. vers. contraria opinio, & lib. 2. var. resolut. cap. 20. num. 2. Quam opinionem secuti fuerunt & tenuerunt plures juniores Theologi nempe Medin. dereb. resit. q. 19. Vict. relect. 1. de potestate Eccles. qu. 6. propos. 2. Sot. in 4. dist. 25. q. 2. artic. 2. conclus. 3. 4. & 5. Ledel. 4. par. 2. q. 20. art. 4. vers. hesitantibus, conclus. 2. & 3. Palac. in 4. dist. 25. conclus. 3. Salon. 2. 2. q. 67. art. 1. conclus. 23. Ban. 2. 2. quæst. art. 1. & novissimè Hier. de Caval. pract. quest. com. cont. com. quæst. 50. in fin. doctores supra citati præcipuè fundant eorum opinionem in dict. Innoc. eam. qui tamen loco supra allegato magis contrariam opinionem firmat, ibi, unde dicimus, quod exempti à Deo, allegando cap. si Imperator 96. dist. ubi junct. gloss. in verb. discussi, probatur clericos à Deo exemptos esse à laicorum jurisdictione, & sic jure divino à legibus Principum secularium foro solutos, & Innoc. sequitur Abb. nu. 1. & 2. & in cap. at si clerici nu. 23. vers. considero, de jud. cap. dylvest. ibi contra leges divinas 11. quest. 1. gloss. in cap. quamquam in ver. divino de cens. in 6. Fely. in cap. Ecclesia §. Marianum. C. de constit. Oldrad. consi. 833.